



PAENITENTIARIA APOSTOLICA

Prot. N. 1014/21/I

DECRETUM

PAENITENTIARIA APOSTOLICA, vi facultatum sibi specialissimo modo a Sanctissimo in Christo Patre et Domino Nostro, Domino Francisco Divina Providentia Papa tributarum, Exc.mo ac Rev.mo Patri Domino Venceslao Depo, Archiepiscopo Metropolitae Cęstochoviensi, benigne concedit ut, in sacra peregrinatione Familiae Radiophoniae Mariae Congregationis Sanctissimi Redemptoris Thorunii, ad Sanctuarium Beatae Mariae Virginis Cęstochoviensis die XI vertentis mensis Iulii peragenda, post litatum divinum Sacrificium, impertiat omnibus Episcopis, presbyteris, diaconis, religiosis et christifidelibus adstantibus qui, vere paenitentes atque caritate compulsi, iisdem interfuerint sacris, **papalem Benedictionem** cum adnexa *plenaria Indulgentia*, suetis sub condicionibus (sacramentali Confessione, eucharistica Communionem et Oratione ad mentem Summi Pontificis) lucranda.

Christifideles qui **papalem Benedictionem** devote acceperint, etsi, rationabili circumstantia, sacris ritibus physice non adfuerint, dummodo ritus ipsos, dum peraguntur, ope instrumenti televisifici vel radiophonici propagatos pia mentis intentione secuti fuerint, *plenariam Indulgentiam*, ad normam iuris, consequi valebunt.

Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Paenitentiarum Apostolicarum, die VIII mensis Iulii, anno Dominicae Incarnationis MMXXI.

MAURUS Card. PIACENZA
Paenitentiarum Maior

CHRISTOPHORUS NYKIEL
Regens